



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas  
Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Domine mane exaudies uoce[m] mea, mane astabo tibi & uidebo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

docilem, attentum, quod hic causam suam deo dignam, facilem, honorificamq; sibi uero necessariam esse commendat.

*Habere regē & deum.* Rex meus & deus meus. Hic plane percutit impios iusticiarios, ut quis sine rege, sine deo agunt, sibimet sufficientes. Atq; hoc unum est uerborum, quos scopus huius psalmi tangitur, habere enim regem & deum, est de se nihil prouidere, regendum sese præbere deo, ac ductilem esse: Deinde omnia deo auctorata & accipienda referre, quod illi nequaç; faciunt, aut simulante faciunt, quod non parum & sibiipsis tribuant, immo dum non omnia deo tribuant, nihil tribuant. Qui enim aliquid sibi tribuit, iam gloriam quoç; sibi tribuit, aquila gloriam sibi tribuit, omnia sibi, nihil deo tribuit, cui aut tota aut nulla gloria tribuitur, nec enim diuidit eam aut communicat, sicut dicit: Gloriam meam, alteri non dabo, Isaiae, xlviij. Proinde ipsi regnant, sed non ex deo, sibiipsis geste sunt, sibiipsis Idola.

Quoniam ad te orabo. Paupertatem suam confiteatur, nihil haberet, nisi quod oraturus sperat accipere, ut sit orator nō operator. Atq; in his duobus iterum summa uitæ nostræ exprimitur, habere regem & deum, Regis, dum nos a nobis ausest, & ad se dicit: Deus est, dum nos uenientes iusticipit, & leipo, id est, diuinis bonis replet. Prior conditio est crux, phasæ, transitus, ducas mundu, a uitj, & omnino mortificatio nostri: Posterior, suscepito & glorificatio nostri. Vnde & beatus Augustinus hoc loco dicit: Scripturas solere regem appellare filium magis quam patrem. Christus enim gemina natura, utrumq; horum efficit. Humanitatis seu (ut Apostolus loquitur) carnis regno, quod in fide agitur, nos sibi conformes facit & crucifigit, facies, ex infelibus & superbris dijs, homines ueros, id est, miseros & peccatores. Quia enim aequaliter dimus in Adam ad similitudinem dei, ideo descendit ille in similitudinem nostram, ut reduceret nos ad nostri cognitionem. Atque hoc agitur sacramento incarnationis, hoc est regnum fidei, in quo crux Christi dominatur, dignitatem peruersæ petitam deiiciens, & humanitatem, carnisq; contemptam induitatem peruersæ desertam reuocans. At regno diuinitatis & gloria, configurabit nos corpori claritatis suæ, ubi similes ei erimus, iam nec peccatores nec infirmi, nec ductiles aut rectiles, sed ipsi reges & filii dei sicut angeli, tunc dicetur, deus meus in re, quod nunc in spe dicitur. Quare nō inepte prius dicit, rex meus, & postea deus meus, sicut & Thomas Apost. Ioan, ultimo: Dominus meus & deus meus, q; prior Christus si homo, q; deus apprehendendus, prior humanitatis huius crux, q; diuinitatis eius gloria petenda: Christus homo habitus, Christum deum sponte sua adducet.

Dura sunt hæc carni nostræ, quæ mallet Christum deum q; hominem gloriam enim præ cruce petit, gloriam per crucem querere horret, sicut Moses a serpente fugit, cuius tamen caudam cum apprehendisset in utram uerbo colubro, gloriosus fuit in miraculis & deus Pharaonis constitutus, Exodi;

Domine mane exaudiens uocē meam, mane astabo tibi & videbo.

*Mane, inscri* Labor est ante, donec intrem in sanctuarium huius uersus & intelligam eum. *pturis quid so* Duo scio, unum, q; mane in scripturis mystice significat tempus gratiae, quod nect.

Christus sol iusticie gratiæ oriens illuminat, quoties homines uisit. Alterum, q; temporis matutino, ad literam, potissimum tribuuntur opera facta & diuina, ut orare & docere, quo figuratur, mane illud mysticum, Hinc; q; in u

gilia

gilla matutina respxit dominus super castra Aegyptiorum & subuertit eos,  
Expsal. xlv. Adiuuabit eā deus uultu suo mane. Et psal. lxix. In matutinis me-  
diobor in te. Sed & de imp̄is doctoribus dicit psalmus: Vanum est uobis ante  
lucem surgere, qui manducatis panem doloris. Apertius in idem Micheas. iij.  
Vx qui cogitatis inutile. (heb. xvii) auen, id est, iniuitatem) & operamini ma-  
lum in cubilibus uestris, in luce matutina faciūt istud, & cōtra dominum ma-  
nus eorum. Hoc faciebant, quādo (ur Isaia. x. scribit) fallas leges legi cōp inter-  
pretationes aē exogitas populum docebāt, quibus populum deuorabant  
ram in anima ḥ corpore, ita ut guttur eorum recte sepulchrum patens appelle-  
tur. Vnde sequitur ibidem: Et concupiscerunt agros & rapuerunt domos, &  
calumniabāt uirum & domum eius, uirum & hæreditatem eius. Amos. iiiij.  
Offerte mane uiictimas uestras &c. His satis sit matutinum tempus datum fu-  
diuinis, siue hodie quoq; in Ecclesia seruatur idem.

Sepsto ergo interim mystico matutino, temporale sequar quantum pos-  
sum, nescius an recte sim diuinatus. Mane enim semper est tributum di-  
uinis, licet non semper sit recte tributum. Videtur mihi Propheta se cum hæ-  
reditatibus dei secerere, si non loco & tempore, certe affectu & uoto, tam ab  
imp̄is doctoribus & auditoribus, ḥ ab imp̄is operatoribus, utrosque enim  
hoc loco accusat, ut cui cun reliquis conuenientum quidem sit, mane ad rem  
diuinam & legem dei audiendam. Verum quum ille legem dei depravent suis  
traditionibus, aut non recte doceant, ac per hoc imp̄ie quoque uiuant & a-  
gant etiam sacra & bona, loquuntur autem fabulas suas, quo placeant uulgo,  
& pingueſcant, sicut in Prophetis multiplicititer arguuntur, & hodie quoque  
in Ecclesi⁹ psallim uidemus & audimus pro foedissimo quaestu nihil non ten-  
tari in templis & contionibus; Optat & orat Propheta, ut exaudiri merea-  
tur, & ut deum suum audire, non verbum hominis, sed verbum dei, dignus  
fiat. Nam illi faciunt, ut Isaia. xxvij. scribit: Populus ad iracundiam pro-  
vocans est, & filii mendaces, filii nolentes audire legem dei, qui dicunt ui-  
dibus, nolite uidere, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta  
sunt, loquimini nobis placentia, uidete nobis errores, auferite a me uiiam, de-  
clinante a me semitam, cesserat facie nostra sanctus Israel. Quos & Paulus ad  
Timoteum describit, dicens: Eta ueritate quidem auertent auditum, & ad  
fabulas conuententur.

Est ergo sensus: Infelix ego, qui in populo sum, qui uera audire nolit,  
qui verbum crucis exhorreat: Amet autem magistros prurientes auribus, &  
ut Isaia. vij. dicit: In medio populi polluta labia (propter impias eorum do-  
ctrinas) habentis ego habito: Conuenio quidem mane cum eis auditurus te,  
& ecce non audio te, sed homines, docent uias suas & opera hominum: Iccir-  
co, O rex meus, & deus meus, mane illo me exaudias, quia eo tempore non  
illis alto, nec in eos intendo, sed ad te pater os cordis mei, tibi asto, tibi offre-  
do me, ut uerterias me, ut uideam & doctus siam, luxta illud: Erunt omnes  
docibiles deo.

Et ita uides omnē astum huius Prophetae in hoc astuare, q; uidit populum  
dei & hæreditates Christi, seduci & uastari, dum non recta docentur, & sunt  
omnia plena pseudomagistris & uaniloquis mentium deceptoribus, q; d'ut est  
malum omnium nocturnum, ita uehementissime omnium affigit ptam ani-  
mam. Quod enim tristis spectrum, quæ miserabilior imago, ḥ uidere lupum

G. iij in gregem

Hij sunt no-  
strorum hære-  
ticorum coma-  
bustores.

in gregem innoxium ouium seuentem, ita ut nec unam relinquit uiuentem impius doctor in simplices animas Christi grassatur. Nam & hoc plument lachrymis Paulus Act. xx. præmonet, dicens: Scio q̄ post discessiōnem meā intrabunt in uos lupi rapaces, non parcentes gregi &c.

Et propter hunc affectum & sensum certe pene reuoco interpretationes uersuum præcedentium duorum, propeq̄ mihi uidentur rectius intelligi, quod am exuberantissimi motus cordis, quibus cogatur dolens propheta mulierem (ut infra dicit) impietatum eorum, intuitus, toties repetitis orationibus regem suum inuocare aduersus tyrannos hos legum: & deum suū, contrarie idola cathedras occupatia. Nam hic sensus magis ad scopum quadrat quam necille multum abhorreat.

Sed & hic tertius eidem scopo apte concinit, quod non hominum sed dei uerbum & opus doceri petat, atq̄ cum præcedentibus, ita coheret, verba mea, rex meus & deus meus, auribus perciere, intellige rugitum meum, intendi uociorationis meae, quoniam ad te orabo. Quid oras: hoc scilicet summe nondum cesseriarum donum, ut coercitis impijs magistris, mane & tempus locum, descendit impie occupantibus, me exaudias, quod pro eo tempore peto. Quid auditem petis pro eo tempore? Nempe, ut adest tibi, tuus sim auditor te docenter, te illuminante uideam, nō illis prurientibus cum ceteris seducar, cunctu sis & rex meus qui regat, & deus meus qui seruer, atq̄ ita absoluta est oratio contra praua dogmata & opera.

Mane, inquit, exaudies uocem meam, mane aliquid orabo, hoc rago, ut ex audiās, hoc autem est, quod pro omnibus doctoribus & auditoribus uerbis, quod mane tractari solet, oro. Qua ratione, sicut uix alia in Psalterio uehementior est & tot iterata uerbis: Ita non alia omnibus nobis quoq̄ hodie magis necessaria & salutaris, nec fuit, nec erit ulla p̄ quouis seipso magis necellaria. Discat ob id pius Christianus, primo sollicitudinis loco habere, ut deum pro hæreditatibus (exempli propheta huius) æstuatissime huc psalmum ore, quo uerbum dei floreat in populo dei. Nam populus dei aliunde non uiat, pascitur, seruatur, q̄ uerbo dei, sicut Mat. iiiij. Christus: Non in solo pane uiat homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Florente enim uerbo dei, omnia florent in Ecclesia. Nam quæ causa est, qd̄ hodie Ecclesia lux & pompa non modo emarcuit, sed pene uastata est, nisi q̄ post habito uerbo dei, leges hominum & Romanas artes discimus?

Ad energiam uerborum Hieronymus sic træfert: Domine mane exaudies uocem meam, mane præparabor ad te & contemplabor. Nonne hoc uerbum præparabor ad te facit ad sensum prædictum? Quid enim est aliud præparari deo, q̄ docibilem & ductibilem fieri deo, quo simul ostendit se nos hominibus præparari. Huic non dissentit, quod Ioannes Reuchlin hebraorum sententia dicit: Mane ordinabo, ut sit uerbum actiuum, quo in sacrificiis pondidis & ordinandis scriptura uititur, ut omnino significer animum promptum, paratum, abnegatum, & (ut dicitur) resignatam deo in omnes uoluntas eius. Nam hoc demum est uerum sacrificium deo oblatum, sese in hunc modum offerre, præparare, astare, ductilem præbere. Patet autē, q̄ hebreo diuinare, offerre, præparare, astare, ductilem præbere. Patet autē, q̄ hebreo diu-

*Nam animus promis, uerum sacrificium deo oblatum, sese in hunc modum offerre, præparare, astare, ductilem præbere. Patet autē, q̄ hebreo diu-*

*timo uerbum non in aliis seu absolutum est, astabo, seu ordinabo, id est, ordinacionem, oblationem faciam, scilicet, meipius. Quare nō inepte translatum est, astabo. Simul docemur q̄ in audiēdo uerbo dei, nō in hominem loquiem, sed in deum docentem intendi oporteat.*

Sic &amp; uero

*Necessario  
oranda.*

*Animus promis,  
uerum sacrificium deo oblatum,*

*sese in hunc modum*

*offerre, præparare,*

*astare, ductilem*

*præbere.*

*Patet autē, q̄*

*hebreo diu-*

*nationem, obla-*

*tionem faciam,*

*scilicet, meipius.*

*Quare nō inepte*

*translatum est,*

*astabo.*

*Simul docemur q̄*

*in audiēdo*

*uerbo dei,*

*nō in hominem*

*loquiem,*

*sed in deum*

*docentem*

*intendi oporteat.*

Sic & uerbum uidebo, absolutum est, pro eo quod est, Ero uidens, id est, il  
luminabor, crudiar, speculator si, puto, ueritatis & iusticiæ. Mich. viij. Educet  
me in lucem, uidebo iusticiam eius. Nec enim iusticiam dei nouit, nisi quem  
deus erudierit. Ceteri omnes sunt uaniloqui, q̄ ex suo capite loquuntur. Ideo  
Christus dedit Apostolis spiritum sanctum & Ecclesiæ, ut loqueretur ipse in  
nobis, nō nos ipsi, hoc est quod hic queritur, si astaret hominibus, non uide-  
ret sed cœcū fieret, luxta illud Christi: Cœcus cœcum ducit. Nāc quia astabit,  
ordinabile & preparabitur deo, uidebit & illuminabitur.

Q̄ si uimane illud mysticum magis placet, q̄d est initium temporis gratiae, Mysteria len-  
tis sequitur.  
q̄ cepit Ecclesiæ astare deo & uidere, nō repugno, ego mysteria lento sequor,  
ubi litera habere possum, nec hoc refutari, si quis mane astare & uidere intel-  
ligat, lepīm ostere, nō in iusticia sacrificiorum, p̄prījs tanq̄ deo datis gloriari,  
sed a deo accipientiam iusticiam expectare.

Quoniam non deus uolens iniuitatem tu es: Neque habitabit  
iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti oēs q̄ operātūr iniūtatem, p̄des oēs qui loquunt̄ mēdaciū.  
Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus.

Septem nominibus accusat malos magistros & eorum discipulos operarios,  
tantus illi est æstus pro syncera pietatis uita & doctrina, unde hæc uerba in sp̄  
ritu ac fide audire oportet, sicut omnia uerba dei, nam h̄i de quibus hic loqui-  
tur, si laruum & faciem rerum species, nihil minus erunt, q̄d quod hic de eis di-  
citur, adeo uelut ueruimenti ouolum, & nomine Christi. Deniq̄ horum ibi disce ima-  
p̄tio est, ea q̄z hic de eis dicuntur, ad alios pertinere, quos sibi aduersarios piorum p̄fia  
ducunt, quare nec nomina, nec opera hic descripta agnoscunt, sed potius ita mos.  
uentunt: Quoniam deus uolens æquitatem nostram tu es, & habitabimus iu-  
xta te benigni, permanebimus iusti ante oculos tuos. Amasti nos operantes  
æquitatem, seruabis loquentes ueritatem, uiros mites & synceros magnipen-  
des. Has enim glorias de seip̄s, h̄i imp̄i somniāt, contraria, que hic dicunt̄,  
ablegant ad uere pios, iustos, & amabiles deo. Ethac concordatio durat usq; in  
mundi finem. Sic Esau & Iacob collidunt in utero Rebeccae. Sic duæ mere-  
trices corā rege Salomone de uiuo filio contendūt. Hæretici & pseudodidascalii  
semper sibi, Ecclesiæ, ueritatis, iusticia titulum arrogant & uincunt specie &  
pompa coram hominibus, coram deo uicti. Catholici uero soli habent, & sine  
pompa uincunt tandem, quia coram deo iusti sunt.

Videamus ergo uocabula septem, iniūtatem, malignus, iniusti, iniūtatis impiorum na-  
operatores, loquentes mendacium, uirum sanguinum, dolosum. Quibus sex mina.  
mala prædicit, non uolentem deum, nō habitaturos coram deo, non perman-  
furos ante oculos dei, odiosos, perdendos, abominandos.

Primum, et iniūtias, pro q̄ rectius fuisset uerbum impietas, ut enim psalmo  
primo dicitur, 77 Rescha, impietas dicitur, unde consilium impiorum,  
hæc aut̄ est (ut dixi) ipsa incredulitas, peruersaç̄ opinio deo diuinisq̄ uerbis  
& operibus, & si pulchra specie foris simulet pietatem. Quare deus noster cum  
iniustus & rectus non uolebat impietatem, id est, nō desiderat, non placebit sibi  
in ea. Est enī hoc loco uerbum 77 hapheriz, a q̄ war hephizo, psal. i. uenit,  
id est,